Gaudium laetitiae publicae iterum disertum me fecit, Vir nobilissime. Neque enim libros iam et acta agenti tibi displicuerit tam illustris pacis argumentum. quod sermone celebrari publico, res gestas ac gerendas porro intelligere, prudentissimi quidam in hac Republ. viri existimabant. Quam illa vero hac circa nostra si, auspiciis tuis, iuventutis nostrae Principis oculos subeat, ingens beneficium tuum interpretabor. Hoc interim sciat velim, non esse aut qualiscunque nostrae fortunae, aut ingenii nostri liberalitatis, quidquam aliud, praeter gratiam principalem, ex eiusmodi scriptis exspectare. Vix scio an dudum iam morari debeam tot maiores curas tuas; unum tamen est, quod superioribus diebus observatum mihi, celare te nec possum, nec debeo. Exstat in Angliae annalibus illustrissimum exemplum principis, alteri etiam desponsatae, et quinquennium modo egressae, sponsum aut maritum sequutae. Est illa Caroli, magnae Britanniae Regis avia, Maria, Scotorum regina, quae Francisco Galliarum Delphino obstricta, licet quinquennis tantum, illi est sequuta. Camdenum auctorem hic sequor, scriptorem longe gravissimum. Mihi saltem in hoc exemplo nonnihil et argumenti et ponderis esse videbatur. Vale, Vir omnium illustrissime, et, ut soles, amore tuo me amplecti perge. Lugd. Bat. X. Julii, [illegible]

ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Nobilissimo nomini tuo

dicatissimus

Marcus Zuerius Boxhornius.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Boxhorn) 6
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2772

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Boxhorn) 6
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2772

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Boxhorn) 6
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2772

Nobiliſsimo Viro,

CONSTANTINO HUGENIO,
Equiti, Zuylichemi domino,
celſiſſimo Principi Arauſionenſium
à conſilijs et ſecretis.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Boxhorn) 6
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2772